

~~1517~~ 1517.

Sigismundus I. Rex Poloniae  
Pontifici Leoni X.

Sanctissime Et

271

Superiori tempore quando Do:  
sonij cum Serenissimo olim fratre  
meo Domino Vladislao Hungariae  
et Bohemiae Rege convenissem,  
Dederam ad Vestram Sanctitatem li:  
teras meas, quibus Reverendum Do:  
minum B. De Scauitibus Prothono:  
tarium et Referendarium ejusdem  
ex animo commendaveram, Cognovi  
enim illum et dignum futurum gra:  
tia Sanctitatis Vestrae et ad quod  
vis minus gerendum idoneum. Sicut  
vero credam ipsam commendationem  
meam, non nihil apud eandem San:  
ctitatem Vestram ponderis habuis:  
se, quia tamen intelligo, ad nullum  
hactenus usum illi cepisse, repetendum  
dixi preces meas, et supplico Vestrae  
Sanctitati, ut ipsum B. cum ob  
ejus virtutem, tum hanc commenda:  
tionem clementia sua complecti,  
et ubi occasio se obtulerit ad Sacer:  
dotium, vel officium aliquod honestum  
provehere dignetur. Rem suavis beni:

guitate  
D

1721  
quitate dignam, et mihi gratissimam  
faciet Vestra Sanctitas. Cujus me re-  
quumque et Dominia mea commendo,  
et devoto. Datum etc.